

Ad

DISPUTATIO PHYSICA,
De
MIXTI GENERA-
TIONE, EJUSDEM Q. NATU-
RALI CORRUPTIONE, QUÆ
putrefactio dicitur:

Quam

Adspirante divini numinis gratiâ,

S U B P R A E S I D I O

CLARISSIMI AC DOCTISSIMI VIRI.
DN. M. HENRICI GUTBERLETHI, IN INCLYTA
Scholâ Sigenensi- Nassovica Philosophiae Professoris ordinati,
Præceptoris sui debitâ observantiâ colendi, ad ventilan-
dum proponit & *ad diuinorum* defen-
dere conabitur

Johannes Pithan Sigenensis-Nassovicus.



HERBORNE NASSOVIORVM
Ex officina typographica Christophori Corvini.

c i o i o c VIII.

DISTATUTA
AMPLISSIMO ET IN-
TEGERRIMO VIRO, DN. JO-
HANNI GEORGIO HEUPE-
LIO, apud Sigenenses Prætori dignissimo,
avunculo suo debitâ observantia colendo,

*Hanc Philosophicam disputationem in grati-
ani significationem inscribit & offert*

JOHANNES PITHAN
Respondens.

Co
n studio
litem ve

Ge
nn, fac
lib. de
nem & v
uniceu
do & f

Ha
telle vin
minum c
tecorol.
uen qui
om viu
rem & fi
oderatio

Sed q
esse Physic
on, id inter
efflat, ita
no formaz e

T H E S I S I.

Nobilissima & homine philosopho dignissima est illa in physicis studiis, quæ est de mixtorum generatione, & huic oppositâ naturali putredine. Sinc hâc enim physicæ scientiæ parte multa scitu necessaria duxerimus, & nō oppre-
sa sunt.

II.

Constituimus igitur hanc quæstionem præsente hâc disputatio-
ne studiosis excutiendam proponere, initium à generatione sumpturi,
finem verò in putrefactionis doctrinâ facturi.

III.

Generatio mixti est generatio, quæ fit per mixtionem elemento-
rum, factam à legitimâ calidi cum frigido contemperatione. Zabarella
lib. i. de mixti generatione & interitu cap. 2. obscurius definit mutatio-
nem à virtutibus activis, cum rationem habuerint, ex subjectâ materiâ
unicuiq; naturæ. Fit igitur unitio humidi cum sicco operantibus cali-
do & frigido.

IV.

Hinc est quod Physica schola docet, mixtorum generationi duo
inesserent vinculo quasi sororio connexa. Primum esse principatum & do-
minium qualitatum activarum in passivas. Sic enim Aristoteles lib. 4.
meteorol. cap. 1. θύρωσις τὸ δέρμα καὶ φυγὴν χρείαν τῆς θλόης. Activas
autem qualitates dicimus calorem & frigus, quod magnam & præci-
puam vim ad agendum & movendum habeant. Passivas verò humidi-
tatem & siccitudinem, non quod non agant, sed quia impari vi agunt &
moderationem sui ab activis accipiunt.

V.

Sed quæris, quid sit hoc in loco principatus & dominium? Resp.
Inter Physicos discrepantia est. Zabarella lib. i. de mixti generatione c. 3.
dicit, id intelligendum esse ratione formæ generandæ, & quantum illa
postulat, ita ut quando adest illa proportio activarum ad passivas, quæ
pro formæ eductione requiritur, tunc dicantur activæ dominari passi-

vis. Exempli gratiā: Oleum (ex hypothesi) est calidum quinque gradibus, & humidum sex. Plures sunt gradus humiditatis quam caloris; est tamen conveniens proportio pro olei formā ex humido educendā. Dico igitur calorem dominari humiditati, id est, aptum esse ad educendam ex humidā illā materiā olei formam.

V I.

Secundum, quod inest mixtorum generationi, esse dicunt Physici terminationem factam ad certam consistentiam humidi cum sicco, quæ vi caloris & frigoris fit. Humidum enim cum suā naturā sit fluidum, suisq; terminis contineri non possit, necesse est cum sicco misceatur, quod illi partium cohaesionem & consistentiam tribuit. Mixtio autem humidi & siccii nullo modo fieri potest, nisi accendentibus caloris & frigoris actionibus. Calor enim extenuat siccum & humidum, ut eorum particulae commisceri possint, & sic forma mixti educi; frigus verò calorem moderatur, idque modò magis, modò minus, prout cujusque mixti generatio postulat. Zabarella dicto loco cap. 5.

V I I.

Sic igitur posteaquam terminatio hæc ad certam consistentiam est facta, mixtum jam est generatum & omnibus numeris absolutum, in quo ipsa elementa insunt secundum totam suam substantiam, non quidem actu, sed potentia, hoc est, materia elementorum alterata manet actu in mixto, sed formæ eorum substantiales destruuntur, scilicet dum in novam formam mixti abeunt.

V I I I.

Præter hæc autem quæ de qualitatibus activis & passivis dicta sunt, notandum est, generationem mixti esse quidem ἐργον illarum qualitatum, quatenus sine ipsis non fit, sed omnino & hoc requiri, ut tanquam veræ & primariæ efficientes causæ accedant διωγμεις πλασικαι, id est, facultates formatrices, quibus elementorum concrecentium ac certo modo temperatorum fit σύμφωνος & coalitus, & quarum ope ac beneficio naturales formæ producuntur.

I X.

Ergo generatio mixti fit per concursum & coalitum elementorum aquæ & terræ, accendentibus calido & humido, quorum illud extenuando aquæ humiditatem & terræ siccitatem aptè & convenienter contemperat, ut cohaerere & consistere possint; hoc verò calori justam moderatio-

moderationem adfert, ut hoc modo dominium in humiditatem & siccitatem sit tanquam benignum & minimè crudele.

X.

Ad putrefactionem nunc pergimus, quæ est mixti interitus, & ab Aristotele lib. meteorol. cap. i. sic definitur: σῦνθις δὲ φθορὰ τῆς ἐν ἑκάστῳ νερῷ οἰκεῖας καὶ κατὰ φύσιν θερμότητί, τὸν ἀλλοτρίας θερμότητί, αὐτὴν δὲ τὴν περιέχοντί, id est, putrefactio est corruptio in unoquoque humido proprii & nativi caloris, ab alieno calore qui est ambientis.

X I.

Videamus singulas definitionis partes; & quidem prīmō dicitur putredo corruptio. Est enim corruptionis species quædam, videlicet, quæ dicitur φθορὰ κατὰ φύσιν, secundū naturam. Non enim hoc in loco intelligitur violenta corruptio, ut quando plantæ nimio frigore enecantur & pereant, nec corruptio rerum animatarum, quæ non putrefactio, sed mors dicitur: sed corruptio naturalis, quâ forma non nisi per materiæ putredinem corruptitur & destruitur.

X II.

Deinde in definitione sequitur: Nativi & proprii caloris, scilicet indicatur corruptio non qualiscunque, sed nativi caloris, qui est vinculum conglutinationis humili cum secco, ac proinde præcipuum instrumentum, quo res naturales constituuntur.

X III.

Denique efficiens causa in definitione additur, nimirum ἀλλοτρία θερμότης τῆς περιέχοντί, id est, alienus calor ambientis. Scilicet ambientis & externus calor indicatur, qui in mixtum corpus agens ipsum excalefacit, rarefacit, ejusq; meatus aperit, quibus aperitis & reclusis, internus mixti calor evocatus foras egreditur, dissipatur atque ita imminuitur. Vocatur autem hic calor externus, quia est alienus & adventitius, licet interdum sit in ipso corpore, quod præter naturam afficit.

X IV.

Externus hic calor product internam frigiditatem, quæ est αἵμα συτέρα καὶ ἐπομένην, quia sequitur nativi caloris defectum. quod idem testatur Arist. 4. meteorol. cap. i. his verbis: καὶ ἔρδεσαι πάχει θερμός, τὸ δὲ εὔδεις ὅν τοιάντες δωμάτιος φυγὴν πάν, καὶ κοινὸν τὸ πάθος οὐ σύνθις, φυγέος τητός τε οἶνεις, καὶ θερμότητος αλλοτρίας: hoc est, secundū indigentiam patitur (scilicet id quod putreficit) calidi, quod autem indigens tali vir-

A 3

tute, id frigidum omne, & communis passio est putrefactio & frigiditas propriæ & caliditatis alienæ.

X V.

Si igitur putredo est ex caloris defectu, & ad caloris defectum sequitur frigiditas, utiq; putredo frigiditatis internæ effectus est.

X V I.

Constat igitur calorem extraneum in hoc loco contrarium esse calori naturali, cum aliâs calori ut calori contrarium sit frigus. Nam putredo ab externa frigiditate nequaquam proficiscitur, siquidem hæc ratione ~~τοῦ ἀντιτείσαστος~~ internum calorem auget, dum egressum prohibet, & sic magis ad unionem partium facit, quod & Aristoteles videt, ubi dicto loco dicit: mixta temporibus & locis frigidioribus minus putrescere, nimirum propter ambiens frigus, quod corpora densat, poros constringit, & ita caloris exitum impedit. Et sanè hoc ipsum comprobat experientia. Videmus enim carnes hyberno tempore minus putrescere, quam aestivo.

X V I I.

Hæc fortassis, quæ diximus obscuriora sunt, quam ut à quovis facile capiantur: Quare exemplis illa illustrantur: Sanguis cum est extra venas, putrescit, quia scilicet destitutus est nativo calore, à quo ante regebatur, & collectus compressusque in loco angusto justâ caret ~~στάσιον~~, quare acquirit peregrinum, eumq; corruptem calorem, & sic putrescit sanguis. Malus eibus in ventriculum ingestus, facile corruptitur & putrescit, nimirum non potest deduci ad perfectam concoctionem, nec à calore proprio ventriculi nec à calore proprio ipsius cibi. Demortui equi cadaver Soli expositum sic putrescit: Externus calor ambiens aperit poros cutis, indeq; evocat & educit calorem internum, quo imminuto fit solutio humidi & siccii & ab invicem separatio, ut amplius conglomerata non maneant; factâ hâc separatione, externus calor humidum quoque absimit, ut tantum siccum maneat, Zabarella lib. 2. de generatione & interitu mixti cap. 14.

X V I I I.

Experientia docet, ait Zabarella lib. 2. de mixti generatione & interitu cap. 9. putrescentia in initio fieri calidiora quam prius erant; acervus enim tritici quando incipit putrescere fit calidior. Sic acervus lătaminis in principio putrefactionis adeò incalescit, ut ex ovis gallinarum

naturum pullos excludat. Hujus autem duplex est ratio; una, quoniam ex calidi externi actione necessum est, ut mixtum reddatur calidius; altera, quia calor internus exiens sit major, hoc est, sensilior.

XIX.

Est quoque putredo in inanimatis. Vesses enim arctius conclusi, præsertim humidiore loco, putrefescunt, dum in aëre immoto & quasi suffocato quiescent, unde & gravem situm olent, & tineas gignunt, à quibus eroduntur.

XX.

Cæterum putrefactio non est uniusmodi, sed alia est $\chi\varphi\theta'$ θλον, secundum totum, alia $\chi\varphi\theta'$ μέρος, id est, secundum partem.

XXI.

Putrefactio $\chi\varphi\theta'$ θλον alias dicitur perfecta, quâ corpus mixtum omni ex parte putrescit, & in ipsa elementa resolvitur. Hoc genus putredinis hæc tenus descripsimus. Duo habet terminos, unum à quo, alterum ad quem, ille est ipsa mixta natura, hic natura clementorum, in qua mixti dissolutio fit. Utrumque terminum perfecta putredo attingit. Atque hâc putredine interdum corrumptur etiam pars corporis mixti; verbi gratiâ, pes, manus, digitus, non semper totum corpus. Hic putrida portio in integrum restituì nunquam potest, partes tamen periclitantes arte & naturâ præservari possunt, ne putredo longius prediatur.

XXII.

Putrefactio $\chi\varphi\theta'$ μέρος alias imperfecta dicta ea est, quando corpus mixtum ex parte non in totum putrescit, quam ob causam imperfecta putredo nuncupatur. Nam in hâc putredine corpus mixtum recedit quidem à suâ naturâ, sed non pervenit ad resolutionem in elementa, ideo Arist. loco sæpè citato dicit: *ἰδίως γε λέγεται σῆμας δὴ οὐχὶ χρήματα, οὐταν χωρισθῆ τῆς φύσεως*, hoc est, & propriè dicitur putrefactio in iis, quæ secundum partem corrumputuntur, cum separata fuerint à naturâ. Ubi notandum, Aristotelem declarare imperfectam putredinem per recessum à naturâ, non per dissolutionem in elementa.

XXIII.

Ad imperfectam hanc putredinem pertinet ea, in quâ substantia ex parte putrescit, ac dissolutâ suâ συμφύσει quodammodo in elementa abit, ex parte verò commutatur in novam quandam substantiam, factâ

novâ elementorum *ouyxp̄os̄*, ita ut non fiat discessio totius mixti in eleminta, sed aliud quid generetur, succedente novâ formâ substanciali cum novâ *xp̄os̄*.

XXIV.

Sic in primâ concoctione, quæ in ventriculo fit, corrumpuntur ingestâ alimenta, amittunt suam *q̄t̄v* & formam, & putrescunt, sed tantum ex parte, quia pars inutilis excernitur, pars verò utilis fit materia novæ generationis, nimirum chyli, qui est novum mixtum à priore *πέ* *εἰδει* *καὶ οὐσίᾳ* diversum, quæ causa esse videtur, cur veteres *πέ* *ψιν* vocerint *οὐψιν*.

XXV.

Huc refertur quoque puris ex sanguine corrupto generatio, quando sanguis extra venas consistens contagio alieni caloris in speciem naturalis puris per novam quandam materiæ contemporationem permittatur. Hinc insito calore sanguinis abolito, forma quoque corruptitur, & sic corruptio est, sed quatenus in materiam aliter temperata actione caloris nova species educitur, generatio est.

XXVI.

Huc etiam illud putredinis genus pertinet, quando ex rebus non nullis putrescentibus in secta, vermes & aliæ bestiolæ nascuntur, ut lumbrici in terrâ, aselli sub hydriis aquarum, vermiculi è caseis, è stercoribus insecta, ex cadaveribus equorum crabrones & scarabæi, ex boum apes, imò in ipsis intestinis & ulceribus sèpè vermes gignuntur. Talis autem generatio Aristoteli lib. 3. de generatione animalium, *γένεται* *αὐτοματό*, hoc est, generatio spontanea dicitur, fortassis quia generatio est æquivoca, nec datur univocum generans, quod quasi liberè & de consilio generat.

XXVII.

Sed hæc occurrit difficultas, quomodo calor possit esse causa corruptionis mixti, & simul generationis? Ad hoc *εἴπειπτον* respondetur, corruptionis & generationis causam esse calorem, sed non eundem *ἀειθυῖ*. Calor enim externus putrefactionem efficit, ut in superioribus dictum, sed cùm unius corruptio soleat esse alterius generatio, materia novam speciem parturiens, concipit intra se novum sibiique proportionatum calorem, qui respectu rei nascentis est internus & naturalis, & generationis causa est, non putrefactionis. Atque hæc est illa *οὐψις*, quæ *χρι* *μέρος* dicitur.

XXVIII.

XXVIII.

Ex his, quæ dicta sunt, putrefactionis in genere sic dictæ causas colligimus has: Efficiens causa est calor externus ac præternaturalis, qui evocat calorem internum & naturalem. Materia est humidum multum, ex quo putredo existit. Forma videtur consistere in resolutione humidi & siccii.

XXIX.

Atque hæc sunt ea, quæ hac vice de mixti corporis generatione & huic oppositâ putredine ad amicam & placidam *εὐζήτησιν* adferre voluimus.

PROBLEMATA.

1. An finis sit ultima causarum? Neg.
2. An omne efficiens operetur propter finem? Affir.
3. An omne mixtum constet ex aquâ & terrâ? Affir.
4. An id, quod naturaliter generatur, & corruptitur, sit totum compositum, an verò vel materia, vel forma? Affirmatur prius.
5. An implicetur contradictio, cum dicitur corpus esse in pluribus locis simul? Affir.
6. Qui dicit propria ullo modo communicari, sibi contradicit. Nam *propria si sunt communia, propria non sunt.*
7. Pari modo errant, qui dicunt propria posse communicari non communicato subjecto, cuius propria sunt. *Qui enim quod essentiale est, abesse potest, salvâ manente rei essentiâ?*

Máry οὐρανῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ δόξα εἰς τὸν αἰώνα.

F I N I S.



Schediasma

HERMANNI RAVENSPERGERI
SIGENENSIS,

AD

PIUM, DOCTUM ET MODESTUM JUVENEM,
DN. JOANNEM PITHAN, DE GENERATIONE ET
corruptionē physicā disputaturum, amicūm
suūm percharum.

QUI bene perpendit Physicæ Generatio quid sit,
Ipse bonum generat: commoda magna parit.
Qui simul attendit Physicæ corruptio quid sit,
Turpia corrumpit, tetra perire facit.
Sic tibi (nihil dubito) Physicæ Generatio Pithan
Dum cordi est, Generas: proficiis arte tua.
Proficiis arte tua multum; producis & auges
Doctrinam sanam; doctior inde redis.
Et tibi dum (credo) Physicæ corruptio cordi est,
Corrumpis mentis nubila quæg, tua.
Destruis insulsa m ruditatem, pellis & aufers,
Nec deinceps rudis ut turpis asella rudit.
Quare doctrinæ generandæ commoda, nugis
Et corrumpendis, organa semper habe.

6. Calend. Junii
Anni postreMæ Christi Dei & fratrIs nostri patientIæ.

6

JUSTI ALSTEDI
AD DOCTISSIMUM DN. RESPON-
DENTEM, DE PRÆSTANTIA PHY-
sicæ scientiæ, carmen.

Nobilis est ars hæc, quam tractas optime PITHAN,
Pars hæc est medicae, sine quâ medicina profecto
Et vana & nulla est; medico cognoscere prodest
Naturam rerum, quò posset noscere morbi
Naturam, valeatq; illum depellere durum.
Ethicus hanc laudat tractatq; ea per placet ipsi:
Dogmata sacra probant hanc, cœn docet ipse Melanchthon:
Hanc probat atq; docet Moses in codice sacro.
Tu veræ sophia, physicesq; problemata tradis,
Quæ sunt philosophi scitu dignissima, quæq;
Philosophum instigant, naturam ut ritè movere
Cunctarum rerum poscit, quæ machina mundi
Comprehendit spatio spatio. Si sophus hec non
Calluerit, sophia non, sed tunc morosophorum
Nomen habet, pejora docet, melioraq; nescit.
Philosopho physicam tollas, & cuncta jacebunt;
Philosopho physicam reddas, & cuncta placebunt.

17
DOC128171
DENVER DEPARTMENT OF PARKS AND RECREATION
1998

18
DOC128172
DENVER DEPARTMENT OF PARKS AND RECREATION
1998

19
DOC128173
DENVER DEPARTMENT OF PARKS AND RECREATION
1998

A D D O C T
D E N T E

Nobilis est ars
Pars haec est n
Et vana & nulla es
Naturam rerum, q
Naturam, valeat q
Ethicus hanc lauda
Dogmata sacra pro
Hanc probat atq, de
Tu ver & sophia, phy
Quae sunt philosophi
Philosophum instig
Cunctarum rerum
Comprehendit spati
Calluerit, sophia no
Tomen habet, pejo
Philosopho physicam
Philosopho physicam

PON-
Y-

